



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Abbatis Zachæi Sancta Sion. Capvt. CXXXI.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

cruminas dilatauimus. Dixit iterum senex: Sub patribus nostris in studio erat distractiones animi vitare: nostris vero temporibus olla obtinuit, & opus manuum.

NARRAUIT nobis & istud Abbas Athanasius de se: Venit, inquit, mihi aliquando cogitatio, dicens: Quid putas erit certantibus, & non certantibus? Et cum factus essem in extasi, venit ad me quidam dicens mihi: Sequere me. Adduxitq; me in quendam locum plenum luminis, & gloriae, statuitq; me iuxta vnam ianam, cuius species enarrari non potest. Audiebamus autem interius quasi multitudinem innumerabilem laudantem Deum. Cumq; pulsaremus, audiuit quispiam intus, & dixit: Quid vultis? Auditor meus: Ingredi volumus. Respondit ille: Non huc ingredietur quispiam in negligentia degens. Sed si intrare vultis, abite, certate, nihil estimantes vanitates seculi.

1. Vide quae virtutes priscos monachos commendabiles redderent.
2. Aduerte, haeretic, qui nullas in hac vita sustinet vis pugnas, & labores regnum caelorum non parat nisi legitime certantibus.

*Vita Abbatis Zachari Sanctae
Sion.*

C A P V T. CXXXI.

NARRAUIT nobis Procopius Scholasticus¹ phyreonites de Abbate Zachario, dicens: Duo filij mei in Caesarea degebant. Facta est autem in Caesarea magna mortalitas, egoque affligabar propter filios meos, ne moreretur: & ignorabam, quid agerem. Dicebam enim in me ipso: Si mittam, & accipiam eos inde,
iram

iram Dei fugere possibile non est. Sed si dimit-
tam eos illic, morientur, & non videbo illos.
Nesciens itaque quid agere deberem, dixi: Va-
dam ad Abbatem Zachæum, & quod dixerit
mihi hoc faciam. Perrexi igitur in sanctam Sion,
illic enim semper morabatur, & non inueni eum.
Veni autem in atrium sanctæ Mariæ Dei geni-
tricis, & inueni illum stantem in angulo atrij,
dixiq; illi de filijs meis. Cum ergo me audisset,
ad Orientem conuersus est, & intendit in cælum
quasi per horas duas nihil omnino loquens. Tūc
verò conuersus ad me, dixit mihi: Confide, ac
noli affligi. Filij tui non morientur in hac peste.
Sed & post duos dies cessabit de Cæsarea morta-
litas. Quod & factum est iuxta verbum senis. &
ista quidem Procopius Scholasticus, vt dixi, enar-
rauit nobis.

CAPVT. CXXXII.

Abbas autem Cyprianus, cognomento
Cuculas, cuius monasterium est extra por-
tam Cæsarię, narrauit nobis, cum ad illum
venissemus, dicens: Cum vastaret urbem istam
sæua illa & horrenda mortalitas, inclusi mei-
psum in cella mea, deprecans clementiam Do-
mini, vt nostri misereretur, & auerteret imminē-
tem iram. Venitq; mihi vox dicens: Abbas Zac-
hæus accepit hanc gratiam.

*De Sancto monacho, qui Sarracenum venatorem
per duos dies immobilem reddidit.*

CAPVT. CXXXIII.

Narrauit: Sarracenus gentilis ex his qui in
Clysmo morabantur, hæc nobis dicens: Cū
Ec 3 abijf-